



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

CXXIV.[i.e. CLXXIV] Der Knappe Nicolaus von Elöden verkauft dem
Domstifte Besitzungen in Biesewede, am 5. Juni 1364.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

ken Sculten II modios tritici, In villa Ungelinge in curia Claus Geuse I chorum siliginis, V. modios tritici, VI. modios ordei et in curia Storbekes, ibidem VI. modios ordei cum omnibus suis juribus, utilitatibus, commodis, honoribus et pertinentiis quibuscunque, quocunque nomine nuncupentur, iusto proprietatis titulo pacifice et quiete possidendos, Concedentes eisdem liberam facultatem vendendi, commutandi, donandi et legandi ecclesis. — Presentibus nobili viro Gunthero Comite de Lindow Strenuisque viris Gumperto de Aldenhusen, Johanne de Wantfleve militibus, Henrico de Sculenburg, Guntzelino de Bertensfleue et Henrico Gotberg, cum ceteris fide dignis. Datum Tangermunde, Anno domini Milleſimo Trecentesimo Sexagesimo tertio, feria quarta ante festum Ascensionis domini.

CXXIV. Der Knappe Nicolaus von Clöden verkauft dem Domsiste Besitzungen in Biesewede, am 5. Juni 1364.

— ego Nicolaus de Clöden, famulus — dimisi ac iusto contractus titulo vendidi Octo modios siliginis, solitos dari et perfolvi de curia et mansis, quos pronunc colit Coppe bucholte, et tria quartalia de uno modio ordei de curia et mansis, quos colit prefectus, viginti duos denarios in Censu in die beati Martini dandos, Quintam partem de dimidio modio papaveris, Quintam partem de decem et septem modis avene, Duodecim pullos, Quintam partem feodi unius fructi reddituum, quod tenet prefectus, ac partem iudicii, que me contingit, tam in infimo quam supremo, Et omnia alia bona et singula in villa Beswede, que me contingebant de paterna mea hereditate, cum omni jure, sicut ea a patre meo fuerant derivata, pro quinta et dimidia marca et medio fertone argenti brandenburgensis, michi debite perfolutis, Honorabilibus viris dominis Johanni de Gartow, decano Ecclesie Sancti Nicolai in Stendal, Totique Capitulo ecclesie ejusdem, perpetuis temporibus possidenda, et ad eosdem et dictam Ecclesiam jugiter permanenda, Renuncians in hiis scriptis pro me et meis heredibus omni juri et actioni, que michi meisque heredibus in premissis bonis competebant vel competere poterint quomodolibet in futurum. Promitto etiam predictis dominis et eorum successoribus, quod dictorum bonorum pre omnibus juri stare et parere volentibus volo fore verus et legitimus warandator, ac ab impetitione qualibet disbrigator. Necnon feodum bonorum predictorum tenere ad fidas manus sepedictorum dominorum et Ecclesie predictae, donec ad resignandum ab eisdem dominis aut eorundem successoribus fuero requisitus. Ut autem premissa omnia predictis dominis eorumque successoribus inconculse et inviolabiliter observentur, Fritzonem de Vincelberge famulum fidejussorem statui et obligavi, cujus sigillum una cum sigillo meo in testimonium est appensum. Et ego Fritzo de Vincelberge, predictus sigillum meum presentibus apponi feci in mee fidejussionis testimonium antedictae. Testes hujus sunt Streuni viri Bernardus ac Poppo fratres dicti de Buch, Albertus de Buch, Johannes ac Everardus dicti de Scherenbeke, fratres, et quam plures alii fide digni. Datum anno domini M.º CCC.º. sexagesimo quarto, In die beati Bonifacii episcopi et martiris gloriosi. —

CLXXV. Schuldverschreibung eines Domherrn zu Schwerin für einen Domherrn zu Stendal, vom 6. Juli 1364.

— ego Thidericus kalfow, Zwerinensis ecclesie Canonicus, domino Johanni de Schepelitzen Canonico Stendalensi in duodecim florenos sum obligatus, quos sui persolvere